

Huius TVAE prolixæ erga liberaliores
disciplinas omneque ingenuarum artium
decus voluntatis fortissima pignora et lu-
culentissima documenta habet academia
nostra, sub TVA tutela læta et felix:
TVARVM virtutum atque in eam im-
mortalium meritorum perpetuus testis et
præco. Qui in ista alios docent suisque
officiis satisfaciunt, eos beneficiis ornare:
ipsas litteras in meliorem illustrioremque
locum prouehere ac disciplinam piorum
et rectorum morum conseruare, in lau-
de ponis; nec mediocrem ex eo capis
voluptatem. Inter eos, qui suis exem-
plis monstrant, quam mirifica sit TVA in
hoc musarum domicilium gratia, ipse lo-
cum teneo meritoque profiteor, quod
effusæ TVAE in me clementiæ egregias
dederis omni tempore significationes
hacque de caussa, nomini TVO librum
hunc sacrare, mihi sumserim. Ingenium
meum exclusit hunc fetum; summa vero
pietas et reuerentia exclusum TIBI tuen-
dum